Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25953
Copyright: Admont, Benediktinerstift



· xvi ·

enim ad nuptias. cum nuptali uestem non intrat quia in sancta
ecclesia assistens fidem habet sed caritatem non habet. Recte enim
caritas nuptalis uestis uocatur quia hanc in se conditor
nostri habuit dum ad sociandas ecclesie nuptias uenit. Sola
quippe dilectione dei ac proximi. ut ei unigenitum mittens electo
rum hominum unitas. Unde et apostolus dicit. Sic enim dilexit deus
hunc mundum ut filium suum unigenitum daret. Ideo. Qui quoque
per caritatem uenit ad homines. eandem caritatem innotuit
uestem esse nuptialem. Omnis quoque uirum quem in ecclesia positum do
nam ad nuptias intrauit. sed cum nuptali uestem non uenit.
si caritatis gratiam non custodiuit. Et certe fortasse si quis ad car
nales nuptias esset inuitatus uestem mutata egauderet
sponso et sponse. ex ipso suum habitum decore ostendere. deco
rem inter gaudentes et festa celebrantes despectus uestibus
apparere erubescere. Nos ad diuinas nuptias uenimus. et cor
dis uestem mutare dissimulamus. con gaudent angeli ad
celum assumunt electos. Quamquam hec spiritalia festa
conspicimus quia nuptialem uestem id est caritatem quia sola nos
speciosos exhibeat non habemus. Sciendum uero est quia sicut in
duobus lignis superiori uidelicet et inferiori uestis texun
tur in duobus preceptis caritas habetur. in dilectione ui
delicet dei et proximi. Scriptum quippe est. Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex to
ta mente tua. et diliges proximum tuum sicut te ipsum. dei autem
dilectio nulla mensura in dilectione proximi mensura
ponitur cum dicitur. diliges proximum tuum sicut te ipsum. dei autem